

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De remediis fortuitorum

Seneca, Lucius Annaeus

[Rom], [um 1488-1490]

[urn:nbn:de:bsz:31-293498](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-293498)



Quia in prole parentibus veneranda. X
 ad quam honorat spiritus. // // //
 In hoc corde honorat patrem et matrem
 suam nec genitibus patris et matris
 tunc obsequiis. Sic precepit ut filij
 honores parentes officio pietatis
 exhiberet eis in necessitatibus eorum subveniendo

Dq 18

Adhuc in prole volat spiritus

Hinc beatus Augustinus
 Nihil certe delectabilius est in aure
 domini quam pura oratio directa de corde
 fidelis.

in spiritu

Quis ergo sunt pauperes quibus datur
 animum lazarum nigrum per quos de terra
 ad alium migramus.
 Ecce pauperes animum dabo non habet
 quod tribuat // Sed animus pro te deum orat.
 Quasi ad deum clamat / dicit mihi animum
 ad hunc fidei uerba pro me
 Nam pro misericordia qua se facit pauper
 deus miseret filia peccatis eorum eum
 liberando.

Gregorius

Se hoc in vultu si sit peccator et corrigat /
 Si sit bonus ut proclinet // // //

Augustinus

Deum laborat qui bene facit

Quisquis ergo facit tunc non pro se nutrit
 sed pro deo. nam pro se facit si pro se facit

Adhuc in prole

Adh. f. 1) Jacobus, de val. missae pro defunctis
 Basel. M. S. Turpin?
 (1493)

Hunc librum composuit Seneca nobilissimus orator ad Gallionem amicum suum contra omnes impetus et machinamenta fortune. Fecit autem illum sub dialogo: ut sit sensus conquerens et ratio confortans. Liber autem iste et sensuum maiestate et eloquii claritate et sententiarum breuitate refulget.

Incipit liber Senecae de Remedijs fortuitoꝝ.

Licet cunctoꝝ poetarum carmina gremium tuum semper illustrēt: aliquando deliberās hoc tibi opusculum pro accidentibus casibus diligere curavi: quod non precedentes sed posterius narrabunt. Quia ergo incipiendum tibi videtur a morte. Ab ultimo inquis: imo a maximo ad hoc precipue gens humana contremit: nec immerito videtur sibi hoc facere. ceteri enim timores habent aliquando post se locum. Mors autem omnia abscondit: alia nos torquet. Mors autem omnia deuorat: omniumque hororem exitus. Ad hanc spectat aliorum per circuitum: etiam quod aliud se non timere indicat hoc timet: quicquid aliud extimescimus. Habet autem remedium aut solatiū. Sic ergo te forma ut si quis tibi palmam mortem minet: omnes terriculas edulas. Vale.

De morte sensus conqueritur.

Morieris. Ratio confortet. Ista hominis natura non pena est. **S.** Morieris. **R.** Hac conditione intravi ut exirem. **Morieris. R.** Gentium lex est quod acceperit reddere. **S.** Morieris. **r.** Peregrinatio est vita: cum multum ambulauerit redeundum est. **S.** Putabam te aliquid noui dicere: ad hoc veni: hoc ago: huc me singuli dies ducunt: nasci mihi primum natura posuit huic terminum: quod habes: quod idem ges: hec verba iuravi. **S.** Stultum est timere quod vitare non possis. **I**stud non effugit etiam qui distulit. **S.** Morieris. **R.** Nec primus nec ultimus: omnes me antecesserunt: omnes sequentur. **S.** Morieris. **r.** Nihil graue est quod semel alienum es meum: noui hoc equidem: cum eo creditore tristicii detorqueere non possim. **S.** Morieris. **R.** Qui melius quod nemo mihi istud minari immortalis potest. **S.** Morieris. **r.** hic est humani officij

a

finis: quid sanus exactorē moleste tulit. Quo transit orbis ego transibo. Quid ego nescio me esse animal rōnale ⁊ mortale: cū rationale est ⁊ mortale. **S. Morieris. R.** Ad banc cōditionē cuncta gignunt: ⁊ qđ cepit definit.

¶ Additio. Sensus.

Mori timeo. **R.** Et nasci timuisses ⁊ viuere. **Vite** lumē in itiu mortis ē. **Vita** ipsa cursus ad mortē seu veri⁹ mors quedā. **Quicquid** natum est morit̄. quicquid morit̄ natū erat. **S. Morē** metuo. **R.** Nihil est metuendū qđ affert necessitas nature. **S. Animus** mortē timet. **R.** Si sibi superuacuis timor: im mortalis est enim ipse si corpori suo hosti curā gerere pietas debita. **S. Mortem** horreo. **R.** Si quid in morte male est id ipsum metus mortis exasperat. **At** si nihil malū ipse metus est malū. **Stulticia** est malū suū vel augere vel facere. **S. Morieris. r.** In mo carnis tributū nature debitū persolues mor futurus liber. **Fac** libēs qđ vel nolens faceres. **Cupias** qđcūq; necesse est. **Nō** est vtilius imo quidē nō est aliud in necessitate cōsiliū. **Quicquid** fit a volente fit leuius ⁊ definit esse necessitas si voluntas accesserit. **S. In** freto morier̄. **R.** Nō vbi sed qualiter moriaris ad rem p̄tinet. **S. Quo** deueniēt opes. **R.** Unde venerūt reuertent̄ hoc est ad fortune manus: inde rursus sis tedijs cōferas: lucrū voces defles gemis: miserū te clamitas q̄ opib⁹ excussus es tuo vitio: ista tibi iactura tam tristis est. **Nō** taz moleste ferres si tanq̄ perditurus habuisses. **S. Pecuniā** perdidit. **R.** Nē pe q̄ vt tu habēs alius ante perdidit.

¶ De amissa pecunia. Additio. Sensus.

Pecuniam amisi. **R.** Et cum illo curas multas periculū q̄ perpetuū. **S. Perdidit** pecuniam. **R.** Et laborez custodia: ⁊ perdendi metum. **Sic** perdendo pecuniaz duo bona vnūquodq; prestantius amissa securitatem ⁊ requiem inuenisti. **S. Pecuniam** perdidit. **R.** Bene si te illa nō perdidit quod

multis iam possessoribus fecit. s. Pecuniaz amisi. R. Si te adeo non tue quoque cruceant iacture tibi que vel alienum demi doles. Disce illa conquirere que tua sunt propria atque perpetua quorum et adquisitio facilior et possessio nobilior certiorque. Virtute si quesieris non amittes. s. Perdidit pecunia. R. Expectatus es te diuitem somnabis. s. Pecunia magna amisi. R. Magna pondus et durum et graue simul custodis officium. s. Amisi pecunia quam amabam. R. Turpi amore relaxatus es: nam amor pecunie auaricia est. minus hanc amabis: hanc optabis minus. Nam et illud saturicum experimento cognitum: quod minus hanc optat qui non habet. Optata autem amissio est magni etiam boni cui inseparabile malum maius adiunctum sit. Plures multo propter opes quam propter inopiam periere.

¶ De amissione oculorum. S.

Oculos perdidit. r. Habet uxorem suas voluptates. s. Oculos perdidit. r. Quare multis cupiditatibus via incisa est. Quare multum multis hominibus carebo quos ne videre vellem vel eruendi erant. Non intelligis partem innocenti esse recitatam. Hic oculi adulterium monstrant: hinc incestum: hinc domum quam concupiscat: hinc verbum. Irrisamenta sunt viuorum duces scelestorum fomenta malicie.

¶ De cecitate. Additio. S.

Oculos perdidit. r. Quot simul vite fastidia perdidisti: quot feda spectaculorum ludibria non videbis. Multis vitiis obstructum iter. s. Oculis careo. r. Culpis careo. r. Culpis careo plurimis si his perpetuo caruisses. s. Auditum perdidit. r. Audientium iam suorum atque obrectantium iurgia euasisti. s. Mutus factus sum. r. Perdidisti metiendi consuetudinem: si muti fuissent Cicero et Demosthenes et diutius vixissent et leuius obijissent.

¶ De amissione liberorum. S.

Amisi liberos. r. Stultus es qui fles mortem mortalium: quod hic aut nouum aut mirum est. Quam rarum est sine isto casu domus. Quid si infelicem vocem arborum quod stante ipsa cadunt poma

et hic tuus fructus est. Nemo enim ictum vulneris positus est ducuntur ex plebe in domo imatura funera ducuntur et ex regia: non est idem facti ordo qui et etatis. Non quomodo quisque venit emittitur: quid tamen hic est quod indigneris. Quid contra expectationem tuam evenit perire perituri. Sed ego illos superstitibus optaveram. R. Sed hoc nemo tibi promiserat. S. Perierunt liberi mei. r. Habeant illi cuius magis essent quam tui. Apud te pccario morabantur educandos tibi illos fortuna mandauerat: recepit illos non abstulit.

¶ De amissione filij. Additio. S.

Amissi filium. R. Melius dicam promisi sequentur cito: quidem fortassis hodie: et nescimus an hac ipsa hora: nulla vite fides est. S. Amisi filium. r. Amisisti simul et me? multos infinitamque materiam curarum et sollicitudinum: quibus ut careres: vel tibi vel filio moriendum fuit. securum patrem mors sola facit. S. Filium amisi. r. Si pium nil est iam quod illi metuas in tuto est: at si impium tuorum numeratorum annorum tuo stimulum senectutis extulisti perdidisti fortitan qui te perditum optabat. S. Filium perdidisti. R. Si virtute perditum gaude quod humeris: at si vitio perditum gaude saltem quod amiseris: utrobique nature beneficium agnosce quod tale dedit seu abstulit. S. Acerba morte filij delectus sum. r. An non Anaragozam audieras: an oblitus eras te genuisse mortalem. Non affligit sapiens liberorum amissione non amicorum: eodem animo fert illoque morte quo suum expectat. S. Extinctum fleo filium unicum. R. Si fleturus eras morientem et nascentem flectes nunc mori desistit tunc sepe. Alii vixeras: vive iam tibi. S. Infantis filij casus miserabilem fleo. r. Humanum nihil flendum premeditata esse debent: si non sunt non casum filij sed iusticiam tuam desse et conditionis oblivione.

¶ De naufragio

Naufragium feci. R. Cogita non quod perdidideris sed quod evasisti. S. Audus eris. R. Sed existis. S. Omnia perdidisti. R. Sed cum omnibus perire potuisti.

¶ De latronibus.

.S.

In latrones incidi. R. Alius in accusatores: alii in fures
alius in fraudatores. Plena infidijs via est. Noli queri
quid incideris: sed gaude q̄ effugeris.

¶ De inimicis. S.

Inimicos graues habeo. R. Quo aduersus feras munime
ta cōquires: quo aduersus serpētes: sic aduersus inimi
cos auxilia circūspice: quibus illos aut arceas: aut compescas:
aut q̄ optimū est places.

¶ De exilio. S.

In exiliū eo. R. Imo forsan in requiē: sub obtentu false mi
serie vera felicitas. Jā saltē ab inuidia tutus eris. s. Nite
tor in exiliū. Imo in experimēto tui videris quē te in exilio p̄
beras. Si succūbas erul verus: si cōsistis exilio clarus: vt multi
olim qui iuncti ⁊ fulgidi per asperitates inceserūt: vt sequēti
bus iter rectum ostenderent.

¶ De dolore. S.

Dolor iminet. r. Si erigū est feramus: leuia ē patiētia: si
grauis est feram? nō est gloria. s. Clamozē dolor exprī
mit. r. Sed secretā nō exprimat. Non pōt homo dolo: i par esse:
nec rōni dolo: s. Dura est res dolo: r. Imo tu mollis. s. Pauci
dolorē ferre potuerūt. r. Simus ex paucis. s. Imbecilli natura fu
imus. r. Naturā infamare nolite: illa nos fortes genuit. s. fugi
amus dolorē. r. Quid q̄ illam sequit̄ fugientē contēnite dolo:
rem aut soluetur aut soluet.

¶ De paupertate. S.

Paupertas mihi grauis ē. r. Imo tu paupertati. Nō in pau
pertime vitiū est sed in paup̄. Illa expedita est hilaris ⁊
tuta. Nesc̄ te opimōe nō relaborare. Paup̄ es qz videris. s. Pau
per sum. r. Nihil deest auib?: pecora in diē viuūt feris in alimē
tū: solitudo sua sufficit. Accepit ille pecuniā ego ⁊ superbiā.

¶ De paupertate ⁊ dāno. Additio. S.

Paupertas meum limen obsidet. R. Non obsidet sed cui
stodit vitro illi vt occurras consulo venienti minime.

sumptuosa et secreta ac facilis hospes erit. s. Domū meam pau-
pertas irripuit. r. Aduersus fures et peiores furibus volupta-
tes peruigil excubitrū aduersus vulai morsus et insulsa iudi-
cia atq; auaricie seu prodigalitatē infamiam: qui raro alibi q̄
locupletum sedet in limine: ab his malis nullo melius custodi-
ri ingenio domus tua potuit q̄ illa custodiet paupertas. Sen-
Opes cunctas trux fortuna preripuit. r. Non tibi fecit iniuriā
suum tulit: sed vetus et nota hec ingratitude est dati immemo-
res meministis ablati. Itaq; rare atq; tepentes gratie crebre ac
feruide sunt querele. s. Vixitum vestitumq; necessarium amara
fors negauit. r. Aliunde petendum virtus liberalior q̄ fortuna
est: nihil negat nisi quod et promissum noceat et negatum proficit
Nihil eripit nisi quod habuisse damnosum amississe vtile sit nō
differt: non improperat: non retrahit manum: non rugat fron-
tem: non attollit supercilium: nullum despicit: nullum destitu-
it: nullum fallit: nō seuit: non irascitur: non murmurat: nō mu-
tatur: vna semper et vbiq; est: nisi q̄ magisq; degustata dulcior
indies: et propius inspecta sit pulchrior. Et sis ergo verus di-
ues ab hac posce: nō te fastidiet nec repellet: q̄uis exerceat dif-
ficiles habet aditus primos: cetera prona iocūda facilia semel
vbi ad illam perueneris nō senties paupertatem. s. Spoliavi
me omnibus bonis meis fortuna. r. Fallit te opinio malum cō-
mune mortalium: nam profecto non bonis et vt bona promise-
rim non tuis sed que tua forsitan vulgi more credideras: miro-
q; si nondum intelligas aliena. s. Fortuna me nudum et inope-
liquit. r. Virtus te vestiet vi respuit ac ditabit: nisi forte plurif
aurum et purpuram q̄ decorum generose mentis habitum fa-
cis: qd si faceres tunc vere inopem nudumq; te dicerem. s. Do-
mo familia necessarijs atq; ornamentis oibus spoliatus: quid
agam quo me vertam. r. Ad eas opes quibus spoliari nequeas
que vndiq; cōmunitatū diuitem et ornatum presentent. s. Pauper
sum in vita. r. Cris letior in morte: nemo tam pauper vixit vt
non moriens vellet vixisse pauperior.

De impotentia. S.

Non sum potens. r. Gaude impotens nō eris. s. Iniri-
am accipere potero. r. Gaude facere non poteris. s. Ma-
gnam pecuniā habet. r. hominem illuz iudicas: archa est quis
errario: quis plenis inuidet oculis. r. iste quem dominū pecu-
nie existimas locus est. s. Multum habet. r. Aut avarus: aut
prodigus est. Si prodigus non habebit. Si avarus non habet.
Iste quem tu felicem admirantibus credis sepe dolet: sepe sus-
pirat. s. Multi illum comitantur. r. Mel misce sequuntur: ca-
dauera lupi: frumenta formice: predam sequitur ista turba nō
homine.

De amissione pecunie. S.

Pecuniā perdidit. r. Nescis fortasse te illa perdidisset. s.
Pecuniā perdidit. r. Sed habuisti. s. Pecuniā pdidi. R.
O te felice si cum illa avaritiā perdidisti. sed si manet illa apud
te: es tñ vtrunq; felicioz q; tanta mala materia subducta est. s.
Pecuniam perdidit. R. Et illa quidem q̄ multos. Cris nunc in
via expeditioz: domi tutioz. Non habebis sed non timebis here-
dem. Exonerat te fortuna si intelligis r. tutioze posuit loco: qd
damnū putas remediū est.

De decollatione. S.

Sed decollaber. r. Quid interest an cessum moriar an pū-
ctim. s. Sed sepe ferieris r. multi in te gladij cōuenient.
r. Quid refert: q̄ multa sunt vulnera non pōt amplius q̄ vnus
esse mortiferum.

De morte in peregrinatione. S.

Peregre morieris. r. Undecūq; ad infernos via vna est.
s. Peregere morieris. r. hoc est in patriaz me viatico per-
uenire. s. Peregere morieris. r. Ego quod debeo soluere parat⁹
sum: videat fenator vbi me appellet. s. Peregere morieris. r. Aul-
la terra alieno mortua est. s. Morieris. r. Non est grauior q̄ do-
mi sumus.

De morte in iuuentute. S.

Sed iuuenis morieris. r. Optimum est anteq̄ optes mori. s. Iuuenis morieris. r. Hoc equidem vnum est quod eque ac iuuenem q̄ ad senem pertinet. Nō citamur ex censu vel ex numeris annoꝝ. Et adoleſcētes ⁊ impuberes eadē fati necessitas ducit. Optimū est mori cū iuuat viuere. Que enī virtus ē cum eiiciaris exire. s. Iuuenis morieris. r. Quicumq̄ ad extremū fati sui venit senex moriē. Non eniz refert que sit hominis etas sed que sit meta. s. Iuuenis morieris. r. Fortasse alicui malo me subducit fortuna ⁊ si nulli alij certe vel senectuti. s. Iuuenis morieris. r. Non refert quot annos habeā sed quid acceperim. Si plus viuere non possum hec est senectus mea.

De morte sine sepultura. S.

Insepultus iacebis. r. Quid aliud huic respondeā q̄ Virgilianū illud. Facilis iactura sepulchri: facilis inquā sic vt nulla facilior. s. Nihil sentio. r. Nō pertinet ad me iactura corporis insepulci. Si sentio omni sepultura tormentum est. s. Insepultus iacebis. r. Quid interest ignis an fera me cōsumat an tempus: vltima omnium sepultura. Istud non sentienti superuacū est sentienti onus. s. Insepultus iacebis. r. Et tu combustus: at tu obtusus: at tu inclusus: at tu putridus: at tu euisceratus constrictus aut traditus lapidi: qui te paulatim edat ⁊ exsiccat. Nulla sepultura est: Nō sepeliemur sed projiciemur. s. Non sepelietis. r. Quid re tutissima trepidas vltra pernar oim terminū iste locus est. Vite multa debemus: morti nihil. Multe fortune licet innascentē: inertinctū nihil. Nō defunctorū causam sed viuorū inuenta est sepultura: vt corpora ⁊ visa feda ⁊ odore amouerent: alios terra obruit: alios flamma consumpsit: alios lapis ad ossa redacturus conclusit. Sic nō defunctis sed nostris oculis parcimus.

Additio. **S.**
In sepulchris abijciar. **R.** Alitibus inuides an feris a pi-
scibus. nam si metuis tibi baculū seu custodē iurta te po-
ni: iube quo a cadauere depellant. **S.** Ludis in malis meis pro-
fecto nihil sentiam. **r.** Quid ergo times quod non senties. naz
si sentias probes. sentientem enim sepelire necare est. **T.** nisi
terra cōtexerit celum teget. Notū est illud. Celo tegitur qui nō
habet vnam. **S.** Defuncto mihi terra negabit p̄durū. **R.** Ad
id durū: sed tu mollis qui nec sentiens ledi queas. **S.** Inhuma-
tus linquar horridū auditu. **S.** Insepultus abijciar. **R.** Ageres
tuas curā: hanc linque viuentibus.

De egritudine. **S.**
Egrotō. **R.** Genit tempus vt experimentū mei caperem.
Non in mari tantum aut in prelio vir fortis apparet:
exhibet etiam in lecto virtus. **S.** Egrotō. **R.** Non potest illud
toto seculo fieri: aut ego febrem relinquam: aut ipsa me semper
vna esse nō possumus. **S.** Egrotō. **R.** Cum morbo mihi res est:
aut vincet: aut vincet.

De maliloquio. **S.**
Male de te loquunt̄ hoīes. **R.** Sed male mouer̄ si de me
Marius si Cato filius sapiens: si aliter Cato si Scipi-
ones duo ista loquerent̄. Nunc malis displicere laudari ē. Nō
potest vllam auctoritatem habere sententia: vbi qui damnandus
est male de te loquitur. **R.** Mouer̄ si iudicio hoc faceret:
nunc morbo faciunt: non de me loquunt̄ sed de se. **S.** Male de
te loquunt̄. **R.** Bene enim nesciunt loqui: faciunt nō quod me-
reor sed qđ solent. Quibusdā enī canibus sic innatus est vt nō
pro veritate sed pro consuetudine latent.

De exilio. **S.**
Exulabis. **R.** Erras: cum omnia feceris patriam meam
transire non possum: omnium vna est: extra hanc ne-
mo projici potest. **S.** Exulabis. **R.** Non patria michi interdici-
tur sed locus. In quacunq; terram venias in meam venio. **Aul**

la terra exiliū est sed altera patria est. **S.** Non eris in patria. **R.** Patria est vbi cūq; bene es. Illud autē per qđ bene est in homīe nō in loco est: in ipsius in qua ptate est quid sit illud fortunij: si enī sapiens est peregrinat: si stultus exultat. **S.** Erulabis. **R.** Hoc dicis: alterius loci ciuitati donaberis.

¶ De exilio. Additio. S.

Ite in exilium cogor et iubeor. **R.** Si sponte peregrinatio erit non exilium et habeo. **r.** Illud est peius qđ amicos nō habes.

¶ De amissione amici. S.

Amīcū perdidī. **R.** Jam enī te habuisse certū est. **S.** Amīcū perdidī. **r.** Alium quere et ibi euz quere vbi inuenias. **Q**uere inter liberales artes inter recta et honesta officia. **Q**uere in laborib; ad mēsam res ista nō querit. **Q**uere aliquē frugi s. **P**erdidī amīcū. **r.** Fortē animū habe si vnū erubescē si vnūcū. **Q**uid tu in tanta tēpestare ad vnā anchorā stabas.

¶ De amissione vxoris. S.

Uxorem bonam amisi. **R.** Strū inueneras bonam: an feceris si inueneras adhuc hīc te posse ea hoc intelligas: licet quod habuisti si feceras bene spera res perij saluus est artifer. **s.** Sine vxore sum. **R.** Et sine aduersario. **J**am cui rerumq; dñs tuar esse incipis. **s.** Uxorē bonā et decorā perdidī. **R.** Stulti est cōpedes suas quibus aureas amare. **s.** Amisi vxorē bonā. **r.** Qđ in illa probabas pudiciā: qđ multe diu custoditū perdidērūt decus: qđ multe inter bona matrimonialis ordinis esse ceperūt: inter exempla numeratar; delectabat te fides eius: qđ multas ex optimis cōiugibus pessimas videmus: ex diligentissimis solutissimas. **O**mniū quide; imperitor; animus tñ maxime in lubrico mulieris est. **E**tia si bonā vxorē habuisti nō potes affirmare in illo eam permansurā fuisse pposito. **N**ihil est tam mobile qđ feminar; voluntas: nil tam vagū. **V**eterū matrimonior; repudiā cognouimus et fediores diuortio male coberētū rixas

quay multe quos in adolescētia amauerūt: in senectute cōi reli
querūt. Quoties Anile diuortiu risimus. Quā multarū notus
amor odio nocio: e mutatus est. s. Sed hec ⁊ fuit bona ⁊ fuisset.
R. **U**ors efficit vt affirmare sine periculo possis. s. **U**orem bo
nam amisi. r. **I**nuenies si nihil queris nisi bonā vrozē. **T**u mo
do ne imagines proauosq; prospereris: nec patrimoniū cui iaz
ipsa nobilitas primo loco cessit. **I**sta diu cōforma nō repugna
bunt facilius reges animū nulla vanitate rerū tumentiu. **N**on
multū abest a cōtemptu viri que se nimis suspicit duc bene in
stitutam: nec maternis inquinatam vitijs: nō cuius auriculis
vtrinq; patrimonia bina dependent: non quā margarite suffo
cent: nō cui minus sit in dote q̄ in veste: non quā patente sella
circulata per orbē populus ab omni parte eque maritus insperit
cuius sarcinis domus nō sit angusta: hanc facile ad mores tu
os rediges quā nondū corūperunt publici corruptores. s. **U**o
rem bonā amisi. r. **N**on erubescis flere ⁊ intollerabilē iacturam
vocare. **H**oc vnū deest vtrū lugeas an nō. **C**ū maritū te cogita
ueris ⁊ virū cogita. s. **A**misi vrozē bonaz. r. **S**ozor recuperari bo
na non pōt nec mater: vroz aduenticiū bonū est. **N**on est inter
illa que semel vnicuiq; cōtingunt. **M**ultos tibi numerare pos
sum quibus vrozem bonā ludētib; cōtingit melior: mores: exi
liū: luctus dolor: nō sunt simplicia sed tributa viuendi. **N**emi
nē illesuz rata transmittūt. **F**elix est nō qui alijs videt sed qui
sibi videt. **S**ides autē q̄ rata domi sit ista felicitas.

Annei Lucij Senecę de remedijs fortuito
rum liber explicit feliciter.

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

[Faint text, possibly a signature or title.]

Quid est corpus nostrum nisi cinis & terra factus?

Et cito in terram pulverem & redigetur.

33. v. 7

¶ Sicut beatus Augustinus: Siquis deus pietas qua nulla potest
suprare iniquitas vel impietas

¶ Nolite iudicare ut no iudicabimini

¶ Nolite condemnare ut no condemnabimini. quod si ego
humana fragilitate congruat forte vos quemq[ue] suspicasse
iudicare nolite tamē condemnare a digno aliquem
damnatione deservire. Nam qui audit et peccator arat
vit gressu. Ita q[ue] male d[icitur] in oculis domini solito
hanc habeat pauperem. Ita v[er]o tamē multa ad aduersa
sed finaliter tunc illud. alio alium condemnat.

¶ Sicut dicitur: *Eccl[esiastes]*. viij.

¶ Nullus est qui agat penitentiam super
fratrem. xviij. i peccato suo dicitur

¶ Nihil enim parit iusticiam habet. Sed sicut
mulier d[icitur] parit dalet amarissime. Sed ad
peperit gaudet et se sicut allevatam.

¶ In persona gravida peccato ante confessionem et dolore
confessio tristis et et amara. Et confessione finita
videt quasi liberata liberata. Unde amib[us]
homo post ad se sicut se allevatam aperdere
peccati preceptum. *¶* Sicut dicitur: *Judith*. viij.


¶ Quia patiens est d[omi]n[us]. penitentiam et eius
indulgentiam sub lacrymis postulamus

¶ Et homo est spiritus vadens. si in peccato
et no sciat de se se ap[er]to

¶ Sicut dicit Ysaia: *Sicut dicit Ysaia*
Sicut dicit Ysaia: *Sicut dicit Ysaia*

¶ Sicut dicit Ysaia: *Sicut dicit Ysaia*
Et respice *¶*





Quid est corpus
et rite in rebus
Hic dicit beatus Augustinus

Molite quidem
humana pro
judicare in
damnatione
vitae gestate
hanc habeat
sed habet

Agri
multa
operari
in agro
confite
vide
hanc
peccati
Rosa
Judith

Deus dicit Ysaia

33. v 7
a nulla potest
impictas
inducimini
ini. quod si ex
s quemque suffragio
ignis aliquem
est peccator arbor
mili solis
multi ad aduers
damna d:
facere. viij
et peccator super
suo dicit
habet. Et sicut
arguitur. Sed
amaram
confessionem et de ore
sicut confessione finita
Vnde animus
atque animus aperire
sicut. Judith. viij
intelligit et eius
postulatum
deus. si magnum
se apud
inter gratia